Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



c xxx

quorum tibi offerimus sacrificium laudis. ut eas sanctorum tuorum consor-
tio sociare digneris. Per. Praesta quaesumus domine ut anime fa- compl
mulorum tuorum quorum anniversarium obitus sui diem agi-
mus. his purgate sacrificiis. indulgentiam pariter et re-
quiem capiant sempiternam. Per. dominum. Pro episcopo defuncto
Da nobis domine ut anima famuli tui episcopi. quam de hoc
seculo eduxisti laborioso certamine. sanctorum tuorum cetui
tribuas esse consortem. Per. dominum. Annue nobis domine ut Sec.
anime famuli tui episcopi. hec prosit oblatio. quam immolando
totius mundi tribuisti relaxare delictum. Per dominum compl
His sacramentis quaesumus omnipotens deus. purgata anima famuli tui episcopi
ad indulgentiam et refrigerium sempiternum perveniat. Per.
Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulos At Sacerdotis
tuos episcopos censeri fecisti praesta quaesumus. ut quorum vicem
gerebant ad horam in terris. eorum perpetuo consortio letentur
Hec oblatio quaesumus domine animas famulorum Secreta In celis. Per.
tuorum episcoporum ab omnibus vitiis humane conditionis absol-
vat. que totius mundi tulit etiam immolata peccatum. Per
Da veniam domine per hec sancta mysteria. animabus Compl
famulorum tuorum episcoporum. ut occursu non terreantur malo. sed tuo
semper protegantur auxilio. Per dominum. Pro sacerdote.
Beati petri apostoli tui quaesumus domine intercessione nos prote-
ge. et animam famuli tui sacerdotis sanctorum tuorum iun-
ge consortiis. Per. Suscipe quaesumus domine hostias placationis Sec.

136